
IOANNIS BAPTISTAE BERNARDII PATRITII LVCENSIS EPISCOPI Q. ADIACENSIS

ORATIO

PRO ILLVSTRISS. LVCENSIVM REPVBLICA.

AD GREGORIVM XIII. MAX. PONT.





ROMAE, Apud Hæredes Antonii Bladii
Impreſſores C[illegible]les.



VCENSIS Ciuitas Pater
Beatiſſimæ parua quidem
hoc tempore Reſpublica,
ſed libertatis bono, Ciuiũ
cõcordia, Pacis artibus Po
puli numero, Hominũ in-
duſtria, loco, fide & in Chri
ſtianam Religionem præci
pua pietate nõ penitus cõ-
temnenda; audita Sanctitatis tuæ in ſummum Pon[illegible] ele
ctione, mirifice, vt debuit, gauiſa eſt: Cumq. de mitten
dis [illegible]mum Oratoribus, de more ageretur, con-
tigit, [illegible]ego, poſt longã in inſula Corſica apud mihi cre
ditam Plebem in hac mea ſenili ætate penè dixerim re-
legationem, nuper in Patriam transfretaſſem, quare ad
hoc munus cum his nobiliſſimis Ciuibus, nil tale cogi-
tans, electus, occaſionem hanc mihi quidem, vt verè di-
cam, non ingratam nactus, potius quod optaui propte
ſuſcepi, quã quid poſſem mature cogitaui, Ad tuæ San
ctitatis quam ſępe coràm ſum veneratus, ſemper abſens
col[illegible], ſanctiſſimos pedes properè accedere, ad hũc Au
g[illegible]iſſimum conſeſſum poſt longum tempus lætis ocu
li[illegible]dum redire, iucundiſſimum fore ſentiebam;
[illegible] hoc loco dicendi munus ſubire, cuiq; etiã
[illegible] pertimeſcendum intelligebã. Sed inde Pa
[illegible] & ſenatus reuerentia; hinc non minus iu-
[illegible]qua vehemens deſiderium, me non modo pręter
naturam & cõſuetudinẽ meam, ſed forſan nõ ſine abie-
ctæ modeſtię nota, ad hoc, licet pium, nimis tamen ar-
duum

duum officium compulerè. Tuę igitur Sanctitatis præcipua humanitate & quodã hinc nominis, inde cognominis læto omine, sanctissimiq. collegij beneuolentia fretus; pro ingenii tenuitate, nõ quę in hanc lucem proferri debēt, sed quę ex paupere penu promi possunt iuxta senatus Lucensis mandata explicaturus accessi.

Cuius quidē, ac totius populi ora, oculosq. vtinã intueri posses vt meam vocem audis; tantam enim lætitiam, & gratulationem profectò videre, tam multũ fuisset quàm à me referri parum.

Quod eorum animorũ gaudiũ, & iucundissimã gratulationem ex quodã animi impetu profectã non esse, sed ex cordis penetralibus & certo iudicio emanatam, quàm facillime aperta demonstratione comprobabo.

Cum iure naturali omnes homines ab orbe cōdito liberi nascerētur, & esse deberent, ipsius tamē naturæ ductu singulorũ vtilitati ab eodē tempore cõsultũ fuit; vt alter alterius ope subleuaretur & regeretur, & vt quisq; imbecillior esset alterius virtute iuuaretur, vt quisq; fortior alterum iuuaret. Ex quibus initiis humana imperia sic paulatim sunt constituta, vt qui cæteros robore, virtute sapientia præstaret ei in alios quoddã imperium natura deberetur, & vsu concederetur. Qua in re illud statuendum venit, vt quanto quis præstantior esset, tanto melior ad alios regendos iudicaretur.

Hæc ratio in humanis imperiis iure optimo semper certissima, & probatissima habita fuit. In his vero, quę ad diuina pertinent, cõducibilior & longe magis necessaria nõ immerito existimata, etenim si ad regendos ho

mines circa huius vitæ opportuna, præstantiores quædam virtutes & excellentiores viri sunt adhibendi.

Quales eos esse oportet, qui ad hominum animos & spiritus regendos, & ad perpetuam æternæ vitæ fœlicitatem deducendos præficiuntur?

Exigitur in terrenorũ Imperatore prudentia, fortitudo, constantia, humanitas, iustitia, clementia & consimilia multa; In cælestium prætereà administratore pietas, mansuetudo, charitas, puritas, modestia, indicibilis bonitas, benignitas, ac alia quàmplurima, & penè innumerabilia postulantur, in eo autem Principe, qui cælestia simul & terrena, diuina pariter & humana regere, docere, perficere à Deo iubetur qualia & quanta flagitẽtur, hominis nõ est explicare sed Dei; Qui quidem Opt. Maximusque Deus, in suis eloquiis, nisi aures claudere velimus, passim & in primis Regis prophetæ diuinis carminibus inculcat. Te igitur, quem nõ nunc talem esse nostri officii causa aut tuę dignitatis intuitu nos prædicamus, sed multos iam annos talem fuisse certa experientia & constans fama cunctos populos docuit. Quem generalis quidam plausus in Põtificem postulabat, cuius animi æquitatem & legalis iustitiæ amorẽ inualescentes meliorum voces prædicabant, cui Lucenses ipsi hoc idẽ præcipue àb experto tribuebant. Qui scires, qui posses, qui velles nõ ad libitũ, sed legitimo tramite Imperij administrationem deducere. Qui quantũ humanæ naturæ imbecillitas patitur, ad diuinarum à me enarratarũ virtutum habitum proximior accesisti meritò ad supereminentissimum istũ gradum christianornm omnium

piis

piis votis optatum, populi acclamatione postulatum, à Deo ab eterno, vti dilectum, electum, nunc horũ sapien tissimorum virorum beneficio sublatum; gaudent, & gratulãtur. Gratulantur inquam, non tibi tantũ sed his Præclarissimis electorib⁹ catholicę Ecclesiæ, Vrbi, & Orbi, christianisq; Principibus & populis vniuersis. Quòd quantum in te erit in hac tua fœlici ætate iustitia, iura, leges, iudicia, ęquitas, te iubente rerum potitura credantur; Te clauum tenente, pax, concordia, tranquillitas extrinsece & intrinsece sint regnaturæ. Te supra omnes leges constitutum, legum ęquitati studiose obsęquẽtem, digna voce earum decreta palàm præteferentem videre expetunt & expectant. Neminẽ legitima iura implorantem à te reiectum aut reiiciendum confidunt.

Quę est Lucensium huic Sanctissimę sedi, animorum antiquissima addictio & deuotio, inde ab eo tempore, quo Paulinus Petri legatus ac noster primus Antistes Lucenses ad veram lucem & Christi fidem conuertit; omnibus semper Pontificibus creatis, ante omnes alios venerationem, & obedientiam libentissime & amicissime pręstiterunt. Est tamen quiddam promptiores & cupidiores erga Sanctitatem tuam ad hoc officium nos reddens, Patria amicissima, iustitiæ, studium ardentissimum, doctrina pręstãtissima, humanitas singularissima, aliaq; complura quæ mente potius comprehendi quàm verbis explicari possunt.

Quòd vero ad christiani nomini Hostes pertinet, animos vires sapientiam ad comprimendos & repellẽdos vincẽdos & vinciẽdos, & quar[illegible] pietate christiana

permitti-

permittitur, vlciſcendos, tibi non defutura: Omnes ita perſuaſi ſumus vt Italiæ Militum & aliorum locorum ſalutem annonam, commoda non minus cordi ſis habiturus & ne temere Chriſti oues barbaris dilaniādæ obijciantur curaturus.

Quem in ſtatum res Chriſtiana impulſa ſit, omnes manifeſte vident & prædicant, pro tanta autē neceſſitate cum a paucis pro re ipſa adhuc licet pie, prouideri dignoſcatur maiori tamen & vnanimi auxilio opeq; chriſtianorum omnium tanto hoſti occurrēdum fore videretur ſingulari ſapientia, magna benignitate, exquiſita induſtria, ad ablata & perdita recuperanda animorum intentione & fiducia ad cætera exponenda & perdēda opus eſſe videtur, cum tribus potiſſime rebus Imperia & conſeruentur, & amplificentur ſapienti conſilio, iuſtis iudiciis, bonorum miniſterio, totidem Dei Eccleſia charitate, pietate, vnitate; Tu qui non opibus & gratia non controuerſiis & factionibus, ſed pro non vulgaribus meritis diuini ſpiritus manifeſto inſtinctu, concordibus Patrū animis ſtatim Pontifex optatus appellatus electus renunciatus, vtrique regimini pręfectus fuiſti iiſdem ſtudijs rem chriſtianā amplificare iam cæpiſti quibus tu ipſe ad maiora conſequenter prouectus, in qualibet minori fortuna in tot Romæ magiſtratibus, in ſacro Concilio, in legatione, ad maximum & pręcipuum chriſtianæ fidei propugnatorem Philippum Regem, in hoc conſiſtorio in libellorum reſcriptis ſapientiſſime vſus fuiſti.

Sed iam tempus eſt, vt tibi P. Beatiſſimæ Reipublicæ

Populi

Populi Senatusque Lucensis nomine & mãdato omnia ipsorum vniuersorum & singulorum studia, obseruantiam, vires & opes, quales illis sunt offeramus debitã & consuetam Sanctæ Catholicæ Ecclesiæ & huic Romanę tibique ipsi & Apostolicæ Sedi venerationem, honorẽ, obedientiam, & adorationem præstemus, vti nunc hilari animo offerimus & præstamus.

Te verò tanquã Christi seruatoris nostri in terris Vicarium & Petri successorem vna cum amplissimo & Sacratissimo collegio obsecremus, vt quo nos cultu tuæ Sanctitati & huic Sanctæ sedi flexis genibus procumbimus, ea beneuolentia & benignitate in conseruanda pariter atque honestanda à Deo nobis præstita libertate suscipiamur. Dixi.

Responsum Pontificis.

Reuerendissimę & Magnifici Oratores. Magis est ꝙ vera Respublica sibi ipsi gaudeat, quam quod sanctitati suæ gratuletur: illa enim quæ apud vos vigere dicitis, ciuiũ cõcordia, pacis studium, industria, pietas, religio, nõ sine magna vestra laude, & bono accidere possunt: hęc autẽ tanti muneris administratio non sine maximo suo labore, & periculo; qui eã ipsã quã agnoscit & profitetur pręclara de vniuersa Repub Christiana benemerendi volũtatẽ (cætera.n.quæ uos ei tribuitis non agnoscit) totã acceptã refert diuinæ benignitati. Quę igitur sapienter disseruistis, ac monuistis, de legibus, de iudicijs, de æquitate, de pace, hęc eadẽ sanctitas sua toto pectore exoptat; vt autẽ pręstare possit debetis precari à

diui-

diuina bonitate, quę vna cũ voluntate tribuit etiã perficiendi facultatẽ. Quod vestra Respublica suas vires atque opes pollicetur aduersus hostes nominis christiani, nihil potuit sanctitas sua his præsertim temporibus gratius audire; vtetur vbi opus fuerit hac promissione.

Agnoscit autẽ tota vestra oratione in gratulando humanitatem, in monendo beneuolentiam, in operando caritatem, in pollicendo pietatem, in vestris rebus extenuandis modestiam, à quibus virtutibus illa profecta sunt, perpetua vestræ Reip. ergà hanc sanctam sedẽ obseruantia, singularis item summorum Pontificum erga eandem Remp. beneuolentia, in qua sanctitas sua nemini cedit eorum Pontificum, quos quidem vobis amicissimos fuisse existimatis, quo etiã ei gratior est eiusdem Reip. hæc tam prompta tamq. alacris obedientia, vt filiorum optimorum, & carissimorum; quã quidem obedientiam vna cum venerabilibus fratribus suis S. R. E. Cardinalibus libentissime accipit, polliceturq. id quod postulatis vestram libertatem, & dignitatem sibi maxime cure futuram.